

I. N. J.
TENTAMEN THEOLOGICUM,

DE

FOEDERIBUS
CHRISTIANORUM
CUM
INFIDELIBUS,

QUOD,

Auxiliante gratia Divina, cum approbatione Veneranda Facult. Theol. in Reg. ad Auram Acad.

SUB MODERAMINE

DN. JOH. WALLENII,

S. S. Theol. Doct. & Prof. Primar. Archi Præpos.
Ab. & Eccl. Svec. ac adjac. Numenf. Past. &c.

Publicæ disquisitioni submittit

ALUMNUS REGIUS

JOHANNES HAARTMAN Gabr. Fil.

AUSTRO FENNUS,

Die XXVII. Novemb. Anno MDCCXLV.

Loco Horisque Solitis.

ABOÆ, Excud. JOH. KIEMPE, Reg. Acad. Typ.

Sacra Regia
MAGNAE FI.

REVERENDISSIMO DOMINO

Dn. JONÆ FAHLENIO,
S.S. Theol. Doctori consummatissimo, Diœces. Aboëns.
Episcopo Famigeratissimo, Regiæ hujus, ad Auram,
Academiæ ProCancellario Magnificentissimo, Mæ-
cenati Maximo.

SUMME REVERENDO at.

Dn. ANDRÆ

S. S. Th. Doct. Amplissimo, Pastori inter Holmen-
vunculo Propensissimo

Optime licet perfectum mihi sit, tirocinium hocce studi-
Mæcenates Magni, conspectum subire audeo, idem
Vos Mæcenates submissa animi veneratione colendi, haud
venens esse. Serena itaque fronte, Chartaceum hoc munus-
culi a me penicillo adumbratum, aspiciatis, humillimus rogo.
Nates, dissertatiuncula huic præsentia Nomina, varia su-
Nominum splendor, quæ equidem præsentis meæ opella ni-
ga Vos debita, ut Vobis primitias has consecrarem. Et quid
quodque cardo rei est: Faver videlicet ille singularis, quo
pene innumera a Vobis in me collata, requirebant ut sal-
ti animi offerrens. De cetero, DULM I. O. M. largam
quam desistam, velit ex immensa sua bonitate, Vos Mæ-
riatur Vobis Phosphorus serenus, heesperusque gra-

Summorum Nomi-

Cliens de
JOHANNES G.

Majestatis
DEI VIRIS

PERILLUSTRI atque GENEROSISSIMO DOMINO
D. JOACH. GEORG. V. GANSCAU,
Legionis Pedestris Ostrobotnicæ Chiliarchæ Eminen-
tissimo, Mæcenati Summo.

que CELSBERRIMO DOMINO

BERGIO,

les Primario & Consist. Urb. Præsidi Gravissimo, A-
Mæcenati Maximo.

orum, omni destitutum esse nitore: interim tamen Vestrum,
benrhabunda mente Vobis oblaturus. Certissimus enim sum,
immemores esse, me non modo hominem, verum etiam ju-
sulum, de Fœderibus Christianorum cum Infidelibus,
Rationes, quæ me compulerunt quasi, ad Vestra Mæce-
ere. Primo enim id suadebat profunda Vestra eruditio &
torem conciliant Insignem. Postulabat porro Reverentia er-
multis? ultimum occupat locum, quod primo erat ponendum,
me nullo non tempore amplecti dignitati estis, beneficiaque
tem hoc, cum aliud mearum non sit virium, in tesseram gra-
omnis boni Renumeratorem, precibus exorare assiduis mun-
cenates ad cineres colendi, omnigena beare felicitate! O-
tam Vobis præbeat umbram! ita vovet.

num Vestrorum

volissimus
HAARTMAN.

Rectori Magnifico
Dn. JOHANNI BROWALLIO,
S. S. Theologiæ Doctore Inclito, Scientiæ Naturalis
Professore Celeberrimo, utriusque Consistorii Adles-
sori Equissimo, Ecclesiarum in Måndamstæ Anti-
stiri gravissimo,
Mæcenati & Patrono Maximo.

Viro Maxime Reverendo atque Amplissimo
Dn. GREGORIO STEENMAN,
Ling. Orient. Professore Reg. & Ordin. Ecclesiæ Pæ-
marensis Pastori, longe dignissimo, utriusque Consi-
storii Adlessori Equissimo, Mæcenati & Promotori
Propensissimo Summaque animi veneratione ad ci-
neres utque colendo.

Fid prob dolor! Post lapsum est sors atque conditio bo-
consultura, in civitates licet coiverint mortales, aliorum
queant, nisi alias insuper fœdere secum junxerint Respubli-
alia autem non; hinc quoque initio fœderibus Principes Chri-
strum licita sint ejusmodi fœdera nec ne? Quum itaque soa
stituerim Academicum, hanc quoque mihi pertractandam
Nominibus ausus sum, ne omni destitueretur nitore im-
bosce qualescunque juveniles ausus, quos ob favorem & præ-
Vobis sacros esse volui. Quod superest, calidissima, quoad
strosque felicitate, nuncupabo vota: velit DEUS sum-
solent. Vobis in hac mortalitate larga concedere manu,
sua assumere gaudia, ut per secula nunquam terminanda,

*εἰ καὶ ἐπιτυχία τῶν
ἐπιτυχίας*
Magnorum & Celebrium
cultor his
JOHANNES G.

Viro Maxime Reverendo atque Celeberrimo
Dn. JOHANNI WALLENIO,
S. S. Theol. Doctore & Professore Primario, Archi-
Præp. & Past. Svec. Eccl. Aboëns. & Numenl. Gravissi-
mo, utriusque Consistorii Adless. Equissimo, Max.
Venerand. Facult. Theol. Decano h. t. spectabili,
Mæcenati & Patrono Maximo.

Viro Admodum Reverendo atque Amplissimo
Dn. Mag. GABRIELI FORTIOLIO,
Archi Præposito Dioceseos Borgoënsis Accuratissimo
Ecclesiarum, quæ DEO ibidem colliguntur, Pastori
Vigilantissimo, Patruo omni observantiæ genere
prosequendo.

minum, ut, facta jactura libertatis naturalis, tranquillitati
tamen malitia & nocendi libidini expositi, non satis tuti esse-
cas: Cum autem alia earum nomina sua Christo dederint,
stianos inter atque Infideles, orta est inter Eruditos, questio:
su atque consilio eorum quorum interest, specimen edere Con-
elegi materiam, Vestrisque, Mæcenates Optimi, dicare
puita lucubratio. Benigne itaque Mæcenates, excipite
sita beneficia, ceu aeternum devoti & grati animi pignus,
in valle hac, miseriarum vixero, pro perenni Vestra Ve-
mus ille rerum Moderator, omnia quæ pia mente exoptari
tandemque peracta militia, post Nestoreos annos, ad Cale-
DEUM Vobis liceat περιωπὸν περι περιωπὸν ἐν τῇ πανηγύ-
περιωπὸν videre!

Nominum Vestrorum
millimas
HAARIMAN.

Plurimum Reverendo atque Clarissimo Viro
Dn. MATTHIÆ TACKOU,
Past. in Euraâminne meritissimo, Patru loci aetatem
Colendo.

Plurimum Reverendo atque Praclarissimo Viro
Dn. Mag. PETRO NICOLAO MATHESIO,
Pastori Pyhæjokiensium Dignissimo, Fautori & E-
vergetæ reverenter habendo.

Plurimum Reverendo atque Doctissimo Viro
Dn. NICOLAO ROTKERO,
Pastori in Pungalaitio Vigilantissimo, Fautori jugi-
ter Colendo.

Plurimum Reverendo atque Praclarissimo Viro
Dn. Mag. JACOBO G. HAARTMAN
Vice Pastori in Wörâ Laudatissimo, Fratri Dile-
ctissimo.

Viro Spectatissimo atque Conspicuo,
Dn. MARTINO KIEMMER,
Advocato Regii Dicasterii Magni Ducatus Finlandiæ
Dexterrimo, affini Honoratissimo.

Viro Per quam Reverendo atque Eruditissimo
Dn. ANDREÆ BANGE,
Verbi Divini Ministro in Pedersöre Vigilantissimo,
Pædagogico Jacobstadiensis accuratissimo, Consobrino
Perquam Dilecto.

Vobis, Patroni & Fautores Optimi, primitias has-
non tempore præstitum, in observantissimi & gratissimæ

Auctor &

Plurimum Reverendo atque Clarissimo Viro
Dn. PETRO BERGIO,
Pastori in Birckala Meritissimo Avunculo æternum
Iuscipiendo.

Viro Amplissimo atque Maxime Spectabili
Dn. JOHANNI MATHESIO,
Secretario Provinciæ Ostrobotniensis Dexterrimo,
Patrono Optimo;

Viro Spectabili atque Prudentissimo
Dn. GREGORIO HAARTMAN,
Redituum per Territorium Virmoense Rationario
Pervigili, Patruo Honoratissimo.

Plurimum Reverendo atque Praclarissimo Viro
Dn. Mag. GUSTAVO HAARTMAN,
Adjuncto Archi Præpositi Aboënsis Dignissimo, Fra-
tri Dilectissimo.

Viro Perquam Reverendo atque Doctissimo
Dn. ANDREÆ GADOLIN,
Comministro GamleCarlebyensium laudatissimo Af-
fini Plurimum Amando.

Viro Spectabili
Dn. PETRO STENHAGEN,
Civi & Mercatori GamleCarlebyensium Prudentissi-
mo, Fautori æstumatissimo.

ce, ob beneficia & favorem prorsus singularem sibi nullo
animi tesseram, cum omnigena felicitatis voto sacras nuncupat,

Respondens.

E/sj. I. 17. ΓΙΩΗ ΓΡΩΝ

Matth 7: 12. Πάντα ουν ὅσα ἂν θέλητε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν ἄνθρωποι, ὅτω καὶ ὑμεῖς ποιῆτε αὐτοῖς. ἕως γὰρ ἐστὶν ὁ νόμος καὶ ἡ ἐκ προφηταί.



D. M. C. S.

CAPUT PRÆLIMINARE.

§. I.

Omnis, quæ de aliqua re suscipitur, institutio, cum a definitione debeat proficisci, ut intelligatur quid sit id, de quo disputetur (*), definitiones terminorum, in rubro dissertationis nostræ obviorem, heic præmittere e re est, & quid per fœdera intelligamus, exponere.

§. II.

Per fœdera itaque, ut ad propositum veniamus, intelligimus, pacta Summorum Imperantium, de variis officiis invicem præstandis.

Obs.

Sunt qui fœdera atque pacta pro synonymis habent, verum minus accurate; stricte enim loquendo, illa demum pacta quæ a Summis Imperantibus civium suorum nomine

(*) Cit. Offic. lib. I. Cap. 3.

ne cum aliis ejusdem dignitatis ineuntur, appellanda sunt
Fœdera: pacta vero omnes conventiones privatorum cum
privatis.

Cum aliis principibus Summi paciscuntur Imperantes, vel
proprio suo nomine, que Fœdera, rectius pacta vocan-
tur Personalia, vel civium, que Fœdera audiunt Re-
alia (*) hec non illa, hujus sunt loci.

§. III.

Fœdera panguntur ad varia officia invicem,
præstanda §. II. officia autem dico actiones
in lege Divina Naturali & Revelata, vel ex-
plicitè sive expresse, vel implicite sive per legi-
timam consequentiam, præscriptas.

§. IV.

Illæ, de quibus in fœderibus contrahitur, offi-
cia, vel felicitatem civium Civilem, vel
Ecclesiasticam respiciunt. Per felicitatem civilem
intelligimus ejusmodi statum, in quo secure &
commode vitam transigere possunt cives; per
Ecclesiasticam vero talem, in quo libertas, re-
ligionem exercendi, floret. Fœdera illam con-
cernentia dicuntur Politica, hanc vero, Ecclesia-
stica salutantur.

§. V.

(*) Putend. de offic. hom. & civis lib. II,
Cap. XVIII. §. VII.

§. V.

Sunt itaque Fœdera Politica, pacta Summo-
rum Imperantium, ad felicitatem civium
suorum civilem promovendam, inita,

§. VI.

Fœdera hæc Politica, & in fœdera armorum,
& pacificationis sive simplicis, ut dicuntur,
amicitiæ, communiter dispesci solent. Fœdera
armorum Politica definiuntur per pacta Sum-
morum Imperantium, de auxilio præstando, si-
ve de conjungendis viribus, adversus hostes
civiles alterutrius partis. Quando hæc fœdera
ineuntur ad aggrediendos hostes, appellantur
offensiva, ad vim autem eorum illatam vi repel-
lendam, defensiva audiunt.

§. VII.

Pro diversitate officiorum atque varietate,
ad quæ præstanda paciscentes semet obstrin-
gunt, varia sunt fœdera pacificationis seu sim-
plicis amicitiæ: inter potissima vero eorum at-
que frequentissima referuntur I.º Fœdera de non
ledendo: tale fœdus pangebatur olim Isaacus cum
Abimelecho Gen. 26. 28. 29. & Jacobus cum
Labano Gen. 31. 44. 52. II.º Fœdera, seu ut com-
mu-

4
 munitur vocantur, *Tractatus commerciorum*, de libertate mercaturam in & per regiones alterius exercendi; ejusmodi erat foedus Salomonis cum Hiram Tyrionum Rege I. Reg. 5. 12. & Josaphati cum Ahasia 2. Chron. 20. 35. 36. IIIo *Fœdera*, de libertate cum exercitu regiones alias, salvo conductu, permeandi atque transeundi, Suet. ostendens Romæ omni fructu dicitur gignendi andras Land: tale foedus cum Sichone Rege Amorrhæorum sancire voluit Israël, Num: 21. 21. 22. Deut: 2. 26. 27. 28. & cum Idumæis Num: 20. 17. 19. Iud: 11. 17. IVo *Fœdera aditionis*, quæ ineuntur, quando, deficiente Tarnovio, (*), inferiores superioribus in bello & victoribus, vel se suaque dedunt, ut in vivis saltem conferuntur, quemadmodum Gibeonitas fecisse Jos. 9. 15. legitur, vel arces, munitas civitates, totasque haud raro regiones, exceptis milibus &c. illis de manu in manum tradunt.

§. VIII.

Quid per *fœdera ecclesiastica*, quorum mentionem fecimus §. IV. intelligamus, ex iis quæ ibidem adduximus facile patet, nimirum quod

(*) In Comment. suo in Propb. minor. pag. 752.

quod sint pacta Summorum Imperantium, pro libertate religionem acceptam exercendi, sancita.
 §. IX.

Fœdera hæc, vel ad defendendam vi atque armis libertatem religionis, contra turbatores ejus atque hostes, vel ad consequendam libertatem, exercendi religionem in republica alteri religioni addicta, panguntur: illa armorum sunt, hæc autem humanitatis dici possunt. Fœdera illa armorum, ut Politica, in offensiva & defensiva distingvi possunt.

Hæc pro instituti nostri ratione, de definitione termini fœderis dicta esse sufficiant.

§. X.

Postulat jam ordinis ratio, ut reliquos, qui in fronte dissertationis occurrunt terminos vagos, *Christiani & Infideles*, jam explicemus atque determinemus. Vox *Christianus* vel in sensu sumitur *Biblico vel Ecclesiastico*.

Qui doctrinam Christi profitentur, Eum, Redemptorem suum, vera fide amplectuntur, vitamque Ejus sanctissimam vere atque sincere imitari student, verbo, veri atque genuini Salvatoris nostri Jesu Christi discipuli, sensu scripturario hoc

6
hoc salutantur nomine: vid. Act. 11: 26. cap. 26:
28. I. Pet. 4: 16. *Sensu autem Ecclesiastico*, omnes,
quotquot nomen Christo dederunt suum, sive
Orthodoxi sint, sive Heterodoxi, sive Regeni-
ti sive non, dicuntur Christiani. Atque hic
sensus huius est loci.

Infideles in duas Sacra S. refert classes, una
ex infidelibus *privative sic dictis*, ex negativis
altera constat: illam ejusmodi constituunt, Chri-
stiani, qui neque DEO neque in DEUM cre-
dunt, Matth. 17: 17. Marc. 9: 19. hanc autem
Pagani gentiles atque Ethnici, qui Idola DEI
loco religiose colunt, 2. Cor. 6: 14. 15. I. Cor.
7: 12. &c. Atque in hoc significato accipienda
est vox infidelis in præsentis hac tractatione.

§. XI.

His jam breviter explicatis, quo in præsentia-
rum cardo negotii nostri vertatur, pau-
cis, prius ad ipsius rei tractationem quam pro-
pius accedamus, ut indicetur, superest.

§. XII.

DEUS nonnulla fœdera populi sui cum infide-
libus inita, in Sacris approbat pandectis, e.
g. fœdus Salomonis cum Hiramio Tyrriorum Re-
ge;

7
ge; illud enim sancitum fuisse secundum sapi-
entiam, quam DEUS ei dederat, colligitur I.
Reg. 5: 12. & fœdus Josuæ cum Gibeonitis fa-
ctum Jos. 9: 15 quod approbatum esse, pœna
Judæis hoc fœdus violentibus superne inflictæ 2.
Sam. 21: 1. satis superque indicat: *Alia autem*
non tantum improbat, ut fœdus Aizæ Regis Ju-
dæorum cum Benhada Syriæ, 2. Chron. 16: 7.
& fœdus Josaphatæ cum Ahabo 2. Chron. 19:
2. &c. *sed ejusmodi fœdera etiam prohibuit*, ut
cum Cananæis Exod. 23: 32. 34: 15. Num. 33:
55. Deut. 7: 2 & cum Egyptiis Esa. 30: 2. 31. 1.
Hos. 12: 1. 7: 11. *imo minas in Israëlitas*, fœdera
cum infidelibus ferientes, *jaclavit*, ut Jer. 2: 36.
Esa. 31: 1. 2. Hos. 7: 12.

§. XIII.

A Divina ista approbatione fœderum cum in-
fidelibus & a pœna fœditragis irrogata,
quædam fœderum esse licita, quædam autem
eorum illicita, ex improbatione, interdictio-
ne & interminationum fulminibus in ea ejacu-
latis, facile judicatur.

§. XIV.

Quoniam autem in Sanctoribus tabulis, quæ
nam

nam sint damnanda, quænam approbanda, non explicitè & directe determinaverit DEUS; hinc orta est quæstio: quænam fœdera Christianorum cum infidelibus sint licita atq; iusta & quæ non? quam, auxiliante DEO, pro modulo ingenii mei, in præsentî hoc specimine Academico, explicare conabor & resolvere enitar.

§. XV.

Fœdera cum sint, vel *Politica*, vel *Ecclesiastica* §. IV. hinc, ut in *duo*, præter hæc materia dividatur *capita*, res postulat ipsa, quorum prius illa, hæc autem examinabit posterius atque explanabit.

CAPUT PRIUS.

De Fœderibus Christianorum Politicis cum Infidelibus.

§. I.

Fœdera *Politica*, & armorum, & pacificationis sive simplicis, sub se comprehendunt, amicitie, §. VI. ut itaque ordine procedamus, primo in eorum, in horum deinde inquiramus moralitatem.

§. II.

DE moralitate illorum, usque inde a temporari.

poribus Caroli V. anam subministrante Francisco I. Gallorum Rege, fœdus cum Sultano Solymanno sanciente, pro & contra disceptarunt eruditi, (*) atque in tria, circa hanc rem, abierunt sententiarum divortia. Nonnulli in totum & tantum, sive absolute omnia rejiciunt fœdera Christianorum cum Infidelibus: Alii autem distinguunt inter fœdera hæc cum Infidelibus, contra alios Infideles, & contra certum fidelem sive Christianum: illa ut iusta & licita approbant, hæc vero, ut impia atque iniusta rejiciunt: Ceteri denique, fœdera armorum *Politica* Christianorum cum Infidelibus, & adversus Christianos, & Infideles sive gentiles, esse iusta atque licita dicunt docentque.

(*) *Varia & quidem Sinistra, de Francisco I. propter fœdus illud, sparsa esse iudicia, nec a criminationibus fuisse immunes Henricum II. & Ludovicum XIV. observat Nicol. Hieronym. Gundlingius in Acad. Borelesung. liber viam ad verit. moral. & Kulpis, in Colleg. Grotian. part. III. Exercit. VII. Libr. II. Cap. XV. de fœder. & sponsal. §. II. Addit, controversiam illam recruduisse quasi, cum gloriosissima memoria Rex Svecia CAROLUS XII., clade ad Poltavam affectus, opem Turcarum implorare coactus fuerit: unde & scriptum Anonym. S. r. Aufgelöste Frage.*

Ob seine Königl. Majestät in Schweden CAROLUS XII. als ein Christlicher Potentat, rechtmäßige Ursache habe zur zeit der noth/ beystand der ungläubigen Völkern zu suchen / Anno 1711. editum esse. Rationes Auctoris Anonymi, affirmativas tuentes, licet, ceu longe petitas, & a rigore Logico alienas, nonnihil vellicet Celeberrimus vir, nihilo minus tamen & ipse affirmativam amplectitur.

§. III.

HO's, sive quorum sententiam ultimo attulimus loco, rem acui tetigisse existimamus; proinde eorum sententiam defendendam in nos derivamus, eamque veritati quam maxime consentaneam esse, sequentibus argumentis, per legitimam consequentiam, e limpidissimis cripturæ fontibus, æque ac ex jure naturæ deductis, probandam suscipimus.

§. IV.

Item **A**Rgumentum petimus ab ipsa lege divina & revelata & naturali, & quidem in forma tale:

Quodcumque fundatur in lege Divina revelata & naturali, id non potest non licitum esse atque iustum: Atqui fœdera armorum Christianos inter atque Infideles fundantur in Lege Divina revelata atque naturali: ergo,

Ma.

Major propositio sua radiat luce; veritas minoris sequentibus fulitur rationibus.

RATIO I: a

LEX DEI, in scriptis veteris & novi Testamenti revelata, præcipit, ut proximum tuum sicut te ipsum diligat quisque; Levit. 19: 18. Matth. 22: 39: Marc. 12: 31. Luc. 10: 27. Joh. 15: 12.

Quicumque ope & auxilio alterius indiget, sive Christianus sit sive infidelis, proximus ejus est, qui auxilium ei ferre potest & vice versa, vid. Luc. 10: 36. 37. sunt itaque Christiani ope & auxilio Infidelium indigentes, proximus horum & contra. Ipso actu proximum diligere ut se ipsum, est, salutem & felicitatem ejus eodem studio atque sinceritate, ac propriam promovere. Cum itaque DEUS in locis citatis aliisque per plurimos, præceperit, proximum esse amore prosequendum, præcepit etiam ut ejus promoveatur felicitas: ideoque obstricti sunt Christiani ad promovendam Infidelium felicitatem & infideles Christianorum. Felicitatem proximi vel bello, vel injuria oppressi, promoveri, cum vel ad vim hostiliter & injuste illatam,

B 2

vel

vel ad iniurias amovendas atque depellendas, auxilium & vires consequitur, per se clarum est. Per foedera armorum auxilium confertur & impetratur §. VI. Cap. præl., adeoque felicitas ejus promovetur. Sed ad invicem promovendam felicitatem lege Divina revelata obligati sunt & Christiani & infideles, per jam demonstrata, consequens ergo est, foedera armorum Christianos inter atque infideles, in eadem lege fundari, adeoque licita esse.

RATIO II^a

OMnibus hominibus, & qua genera singulorum & qua singula generum, iniungit lex divina, ut aliis in statu indigentiae constitutis, sine omni restrictione atque respectu ad sexum, statum, ætatem & religionem, omnia ad felicitatem promovendam necessaria præstent, quæcunque ipsi, si eundem sustinerent locum, ab aliis præstari sibi vellent atque desiderarent. Matth. 7: 12. Luc. 6: 31. Vi itaque hujus præcepti, & Christiani & Infideles obstricti sunt ad hæc ipsa sibi invicem facienda. Quum jam experientia clarissime testetur, mortales in omni religione, vel injustis hostium insultibus, vel variis injuriarum

rum generibus læsos atque oppressos, si propriis viribus malum inde resultans avertere non valent, aliorum auxilium quam flagrantissime desiderare, cumque id, hoc in casu, ad promovendam felicitatem quam maxime esse necessarium, extra omnem dubitationis aleam positum sit, sequitur & Christianos esse obstrictos ad auxilium optatum, in dicto casu, præbendum Infidelibus, & Infideles Christianis. Auxilium autem per foedera armorum præbetur §. VI. Cap. præl., proinde dicta foedera in jure fundantur Divino, & per consequens licita sunt atque justa. Plures quidem immo quam plurimæ, pro thesi nostra stabilienda, rationes e lege Divina revelata deduci possent, nisi id supervacaneum esset; his quippe duabus in medium allatis, id quod intendimus evictum est.

Ejusmodi confederationem in jure quoque naturæ fundari, ut adhuc ostendamus, restat, quod duobus etiam argumentis probatum ire volumus.

Jus naturæ dicitur I^o iis mediis esse utendum, quibus felicitas obtineri & promoveri potest, quæque ad manus esse possunt, secundum illud

14
lud tritum: dum caremus optimis utendum est
proximis. Id, per quod finis obtinetur, medium
dicitur. Sed cum per foedera armorum, sive
cum Christianis sive cum infidelibus ista sint
(diversitas enim religionis non tollit utilitatem
foederum), obtineatur & promoveatur felicitas
§. V. cap. Præl. & probatione prima huic §.
annexa; facile cuique patet, foedera armorum
esse media felicitatis; consequenter foedera hæc
Christianorum cum profanæ religionis homini-
bus non approbat tantum jus naturæ, sed eos
etiam ad ea, ceu media obrinendi atque pro-
movendi felicitatem, facienda obligat. Ergo in
jure fundantur naturæ, & licita sunt.

Illo legitimam sui defensionem licitam esse atq;
justam; quod jus omnium gentium, omnesq; sani-
ores Moralistarum suo approbant calculo. Cum
propriis viribus ab injuriis illatis hostiumq; insulci-
bus se, suos, sua, defendere nequeunt Summi
Imperantes, ad aliorum auxilium, nisi id vo-
luntati Divinæ sit contrarium, confugere nullum
est dubium quin liceat. Quod si jam Christia-
nos ab infidelibus, & Infideles, ad auxilium Chri-
stianorum quarendum necessitas urgeret, volun-
tati

15
cati DEI quam maxime consentaneum esse, ut
sub jugo necessitatis gementes Christiani auxilio
utantur Infidelium, & vice versa, eo tutius
affirmare possumus, quo certius constet, diver-
sitate religionis non tollere officia, quæ ho-
mo homini ut homini præstare debet, quorum
haud postremum est, auxilium oppressis præbe-
re Et. 1: 17. Sed cum licitum sit Christianis
defendere se, suos, sua, auxilio infidelium, &
infideles Christianorum; in foederibus vero ar-
morum politicis de mutuo contrahitur auxilio
§. VI. Cap. præl., patet foedera hæc Christiano-
rum cum infidelibus & infidelium cum Christi-
anis in jure fundari naturæ, & per consequens
licita esse atque justa.

§. V.

Illic Argumentum suppeditant nobis verba Au-
gustanæ Confessionis & ejusdem Apolo-
gix: verba in Articulo XVI. ipsius confessionis sic
sonant: *Evangelium non dissipat Politias: In
Apologia autem ita: Evangelium approbat exter-
nas Politias. Si in abstracto h.e. sine respectu ad
religionem, &c. ut cæterus tantummodo hominum,
reipublicas consideramus, per se patet, foedera
cum*

cum omnibus inire licitum esse; nulla quippe adest ratio, cur foedera cum una republica contrahere licitum sit, cum altera autem non item, quatenus hujus reipublicae cives aequae sunt homines, ac illius. Unde sequitur; Christianis, ut hominibus, licitum esse foedera cum infidelibus facere, & infidelibus cum Christianis. Sed cum Evangelium, h. e. religio, non dissidet sed approbet externas Politias, ad quas, inter alia, sanctio etiam foederum pertinet, prout quasi alveo inde fluit, Christianis etiam ut Christianis licitum esse foedera cum Infidelibus icere & contra; *misere alioquin cum hominibus ageretur, ut verbis utar KEUFFELII, in Elementis jurispru: univers. lib. I. cap. 3. §. V: si salutis animae curam gerere non liceret sine detrimento incolumitatis externa, aut si hanc legitime consecrando, illa necessitate quadam rueret atque everteretur.*

§. VI.

III: **A**rgumentum a matrimonio Christianorum cum Infidelibus & Infidelium cum Christianis, derivamus.

Ex I. Cor. 7: constat, DEUM ejusmodi conjugia

jugia approbasse. Ex hac Divina approbatione facile est judicatu, talia matrimonia esse in se & sua natura licita; DEUS quippe, salva sua sanctitate, quod per se illicitum est, nullo approbare potest modo. Quod si jam pacta Christianorum matrimonialia cum Infidelibus & Infidelium cum Christianis, multo arctiora foederibus armorum, sint in se licita, non possunt non haec etiam foedera, ceu minus arcta, licita esse, a majori enim ad minus temper valet consequentia.

§. VII.

IV: **A**rgumentum petimus e Divina foederum, a Sanctis DEI viris cum Infidelibus initorum, approbatione.

Foedera Josue cum Gibeonitis, & Salomonis cum Hiramio Tyrriorum Rege, a DEO approbata esse, in §. diximus XII. cap: Prael. Jam cum DEUS, salva sua sanctitate, quod in se & per se illicitum est, approbare non possit, §. VI. sequitur foedera illa fuisse in se & sua natura licita. Hanc conclusionem ad foedera armorum Politica etiam extendimus; nam licet approbata illa foedera, armorum non fuerint, sed e numero

pacificationis atque simplicis amicitiae, & quidem prius eorum, foedus deditiois; posterius autem commerciorum; interim tamen, cum foedera armorum politica eadem cum approbatis sint essentia, cum materia eorum, mutuam puta auxilium, sit legis Divinae, vid. quae ad §. IV, adduximus, adeoque in se bona, cumque porro finis eorum legitimus sit, felicitas nimirum civium §. V. Cap. prael., nihil obstat, quo minus idem de foederibus armorum politicis praedicari possit, quod supra de foederibus Salomonis cum Hiramio & Josuae cum Gibeonitis praedicatum erat, scilicet quod in se & sua natura sint licita; aequalia enim uni tertio, inter se aequalia sunt; de aequalibus autem idem praedicatur & praedicandum est.

§. VIII.

V: m **E**T ultimum argumentum petimus ab utilitate, quae in rem Christianam ab eiusmodi confederationibus, experientia teste, redundavit.

Perhibent annales, primum post expugnatam Constantinopolin, Patriarcham *Gennadium*, cui cum Imperatore Mahomede II. capira religionis Christianae suscitanti, obtigit de religione colloqui.

quum, edita confessione fidei graeae, publico edicto immunitatem Sacrorum atque Religionis impetravisse (*), miseram tamen & afflictam fuisse sequiori aetate Ecclesiae orientalis conditionem, factu Sacerdotum, artibus Simoniacis Patriarchatum ambientium, duris exactionibus, minis, templorum ereptionibus, carceribus, &c. occasionem subministrante (**). Postquam autem foedus inter *Franciscum I.* Galliae Regem, & Turcam sancitum fuisset, Regi Christianissimo & Ecclesiae orthodoxae magnam accessisse utilitatem testatur *Gramondus* (***) scil. pati iam Turcam Sacras Christo Basilicas apud Constantinopolitanos & Galatas; pati Christianos misceri Mahumedanis & agere libere: pati novem in oriente Episcopos, a Summa sede lectos, qui munia obeant Ecclesiastica, qualia solent in patria . . . Dari quinquaginta Franciscanis Sancti Sepulcri custodiam; illis altam esse quietem, operari ex Romano ritu, neminem obstare sacris &c.

C2

Quan.

(*) *Doct. Walch. Historisch. und Theol. Einleitung in die Relig. Stetigt. auf. der Luth. Kirche 3 Theil C. VIII. p. m. 405.* (**) *Arnold. Kirch. und Reg. hist. 2. Theil. lib. 16. c. 34: 7. 8.* (***) *Lib. III. Hist. Gal. p. m. 208.*

Quantum promoverint Religionis Evangelico Lutheranae exercitium in medio Muhameditani, foedera Gloriosissima memoriae Regum Sueciae cum Porta Ottomannica inita, vel inde patet, quod indulgentia Imperatoris Turcici non solum solerter circumspicienda & inita sit ratio colligendi & constituendi aliquam Constantinopoli Evangelicae confessionis Ecclesiam, ad quam miserabiles captivi, vel exules, vel alioquin illuc delati, possint sponte se conferre: sed etiam Sacrae ibidem constructio, collatis undique per Ecclesias Lutheranas, symbolis, hodiernum procuretur. (***)

Atque sic foedera Christianorum Politica eaque armorum cum infidelibus licita esse, probatum invenimus atque evidum.

§. IX.

Haec licet ita sint, non temere tamen ejusmodi foedera esse contrahenda atque in eunda res ipsa svader; accedentes enim circumstantiae, ut semper res variant, ita easdem haud raro in totum pervertunt atque vitiant. Proinde Christiani ne cupientes evitare charybdin, incidant

(***) Lit. Cler. Comit. Holm. dat postrid. id. Sextil. 1741.

in Scyllam, ut in omnibus, ita maxime hoc in negotio, ad circumstantias probe attendant necesse est.

§. X. **C**ircumstantiae, inter alias, temporis & modi, nisi probe observantur, actiones mortalium, in se licet licitae sint atque bonae, vitare solent: sic e.g. laborare & preces DEO fundere, non tantum licitum, sed moraliter etiam necessarium esse, omnibus constat.

Quod si autem quis die sabbati aequae ac aliis diebus, laboribus vacaret, si quis ore solummodo atque verbis DEUM oraret, utriusque actiones, non quidem per se, sed per accidens, ob neglectum circumstantiarum, DEO ingratae essent; nam ille, tempus laboribus ordinatum, Exod. 20; 8. 9. 34: 21. hic autem, modum orandi a DEO praescriptum Joh. 4: 24. non observasset. Non itaque semper & pro lubitu actiones quamvis licitae sint, peragere licet, sed ad tempus etiam, quando, & modum, quomodo, actiones sint suscipiendae, animus advertendus, quod de foederibus etiam Christianorum cum infidelibus tenendum est. Videamus proinde, quo

quo tempore, quoque modo foedera armorum politica cum infidelibus pangenda sint.

§. XI.

Quod ad tempus attinet, foedera hæc armorum tum demum contrahere licitum esse Christianis existimamus, cum I:ºo justa adsit causa belli; injusta enim causa, injusta etiam reddit foedera. Et II:ºo cum necessitas horum vel illorum id postulat atque urget (*); Nam præterquam quod ex ejusmodi foederibus aliquid damni in religionem orbemque Christianum per accidens redundare soleat, ut variis probari potest exemplis: occasionem etiam foedera illa, si præter necessitatem ineuntur, calumniatoribus præbeat, Christianos calumniandi, quod potius amicitiam atque familiaritatem infidelium quam Christianorum sectentur. Adeoque aliquid illiciti illis ipsis, ex accidenti tamen, adhæret. Cum autem, non urgente necessitate, fugienda etiam sint licita propter viciniam illiciti, secundum regulam Theologorum, quam Apostolus etiam Paulus comprobat I. Cor. 8: 13., apparet foedera cum infidelibus non nisi cogente necessitate esse ineunda. Urget au-

tem

tem necessitas, cum salutis publicæ non nisi per ejusmodi foedera contuli potest; videlicet I:ºo cum auxilium, quo, sine dispendio salutis, carere nequit pars læta, confortes religionis illis denegant: vel II:ºo cum auxilium, quod a sociis religionis suæ impetrare possunt, minus est sufficiens, ad salutem publicam vindicandam; vel denique III:ºo cum a sociis religionis suæ, ob locorum situm, tam celerè auxilium ac ratio status postulat, obtinere nequeunt. Hæc de tempore; jam in modum, quo foedera sint pangenda, inquirendum.

(*) Verba hæc non ita sunt capienda, ac si non prius foedera cum infidelibus reciproca inire liceret Christianis, quam cum necessitas id in presenti requireret: sed sensus hic est, foedera hæc, in antecessum licet feriantur, non nisi in futurum tamen statum necessitatis esse contrahenda.

§. XII.

Aliquid damni ex hęc de quibus in præcedenti loquimur foederibus, in religionem orbemque Christianum redundare posse, in §. diximus præced. Jam licet ratio status exigat, ut salutem vel suam vel infidelium cum damno Christianorum, fratrum suorum in fide, defendant

24
dant Christiani, id tamen ut cum detrimento, quo fieri potuerit minimo, fiat, pietas iuvat. Id itaque curæ cordique Christianis esse debet, ut damno ex his ipsis foederibus provenientes, quantum penes illos est, occurrant. Cum autem id nulla aptius fieri possit ratione quam ut Christiani cum Infidelibus de eo inter se conveniant, ut infideles, si victores evadant, devictos & captos Christianos, non dico sed humaniori quodam modo tractent: ut illos, rebus compositis, domum ablegent: ut libertatem exercendi religionem illis concedant, eamque illibatam conservent, &c.

His limitationibus atque conditionibus ut foedera ejusmodi feriantur, necesse est, harumque observatio, modum, quem in pangendis foederibus armorum politicis, cum profanae religioni addictis, observare debent Christiani, absolvit.

In illis foederibus, quibus mediantibus auxilium Infidelibus ferant Christiani, hæ conditiones facile obtineri possunt; nam licet alia deessent Infidelibus motiva, hoc tamen unicum, necessitas nimirum consulendi salutis publicæ, quam

29
quam maxime sufficeret iis acceptandis, & juramento confirmandis. Ast in illis confederationibus, quibus intervenientibus auxilium Christianis præbent infideles, adversus Christianos hostes, res multo se aliter habet; in ejusmodi quippe casibus tenentur sub jugo necessitatis gementes Christiani, iis conditionibus esse contenti, quas impetrare possunt, si modo auxilium contra hostes consequi velint. Quod si igitur eveniat, ut modo recensitas condiciones obtinere nequeant Christiani, a confederatione cum infidelibus contra hostes Christianam profitentes religionem, abstinendum illis est; eo enim ipso, quo infideles hæ condiciones Christianis concedere recusant, haud obscure, quid animo intendant, produnt; scilicet noxam atque damnum & religioni & orbi Christiano: unde, data occasione, non potest non, modo vires respondeant voluntati, summa & nunquam satis deploranda sequi corruptio & religionis, quæ in paganam facile degenerare, & itatus atque libertatis, quæ in miseram captivitatem & durissimam abire potest servitutem: ad tantam autem Christianismi calamitatem aliquid conferre,

D

Chri-

Christianis indignum & injustum esse, nemo est qui non videat. Quod si autem ex foederibus hisce Christianorum cum Infidelibus, ut ut praecautum sit, aliquid damni in religionem orbemque Christianum nihilominus redundet, illud non confederantibus Christianis, sed invaloribus atque oppressoribus imputandum est.

§. XIII.

DE cetero in ope infidelibus ferenda sedulo sibi caveant Christiani, ne terminos æquitatis atque justitiæ transiliant; quod fit, cum præter extortam reparationem damni illati ad incitas tere rediguntur, & ad quavis concedenda enervati coguntur: semper enim, non quid possit, sed quid liceat fieri, est videndum; quum ex Exod. 3: 9. constet, injustam oppressionem, peccatum esse ad cælum clamans. Proinde Infidelibus eo usque succurrant Christiani, par est, quo pacem, & cum pace justam reparationem damni obtinere possint Infideles; rebus eo perductis, vices agant mediatoris, æquum est.

Caveant denique sibi Christiani, ne spem atque fiduciam in auxilio Infidelium collocent, quum

quum maledictus sit, qui fiduciam habet in homine & statuit carnem brachium suum, Jer. 17: 5.

His observatis, sine offensione DEI & læsione conscientiae, foedera armorum politica cum Infidelibus, Christianos sancire posse, evictum nos dedisse speramus.

§. XIV.

Restat adhuc, ut argumenta contra sententiam, qua fieri potest brevitate, enodemus.

Urgent Ito DEUM prohibuisse populum suum foedera inire cum Chanaanæis Exod. 23: 32 34: 12. Deut. 7: 2. &c. ergo foedera cum infidelibus esse illicita.

Resp. His in locis non nisi foedera cum damno religionis conjuncta prohiberi, quod ratio interdicti quam clarissime in locis citatis indicat: ejusmodi autem foedera illicita esse nunquam negavimus, sed adstruximus potius atque probatum ivimus §. XII.

Sed posito verum non concessio, foedera illa cum damno religionis conjuncta non fuisse, habemus tamen in promptu quod huic reponamus

mus argumento, scilicet: interdictum hoc fuisse speciale, quatenus tantum ad septem populos, Divino decreto delendos, sese extendebat Deut. 7: 2. 20: 16. 17. Exod. 23: 32. exceptis aliis infidelibus, Deut. 20: 10. ex specialibus autem ad universalia non licet nec valet argumentari.

II: DEUM foedera cum infidelibus in verbo suo improbasse, inque ea interminationum fulmina vibrasse, ut e. g. in foedus Aſæ cum Benhadado, 2. Chron. 16: 7. in Achabi cum Josaphato 2. Chron. 19: 2. decem tribuum Iſraelitarum cum Aſſyriis & Aegyptiis Ol. 12: 1. &c. ergo illicita atque impia esse foedera Christianorum cum Infidelibus.

Resp. DEUS gravissimis additis minis hæc improbavit foedera, non quatenus nuda fuerint foedera, sed quatenus vitiis supata: Sic teste DEI Spiritu, vitium imprimis diffidentiae in DEUM & fiduciae in confederatos, foederibus, Aſæ 2. Chron. 16: 7. & 10 tribuum Iſraelitarum cum Aegyptiis & Aſſyriis Ol. 12: 2. El. 30: 2. adhaerebat:

Foedus autem Achabi cum Josaphato circumstantiae temporis non observatae vid. sup. §. XI. vitiarunt.

Vitia

Vitia hæc, quæ rationem in se continent improbationis, non essentialia foederibus fuerunt, sed accidentalia; potuerunt quippe etiam abesse, salva tamen manente essentia foederum; ex accidentalibus vero ad essentialia perperam concluditur

III: DEUM posuisse inimicitias inter semen mulieris & semen serpentis infernalis Gen. 3: 15. per semen mulieris intelligi fideles, per serpentis Infideles.

Sed inter quos DEUS inimicitias posuit, inter illos nullam debere intercedere confederationem, atqui inter semen mulieris sive fideles & semen serpentis sive infideles, DEUS posuit inimicitias. ergo.

Resp. Agitaram de semine mulieris, & semine serpentis controversiam nostram jam non facimus: sed nobis, pro ratione instituti nostri, hoc tantum annotasse sufficiat, quod admissa hypothese ista, inimicitiae illæ, non *sensu politico* atque *civili*, pro externo quodam odio, cujus progenies bellum est, sed *Theologico* atque *spirituali*, pro odio e disconvenientia propensionum atque actionum & religionis, provenientii, sumenda sint atque explicanda; nam politica

ce

ce debemus, quantum penes nos est, pacem
 quærere atque habere cum omnibus, Rom. 12:
 18. Heb: 12: 14. Quod si jam, in argumento
 prolato, vox inimicitiae hoc, sive sensu poste-
 riori, sumitur, ambabus totum concedimus ar-
 gumentum, si autem sensu priori, consequenti-
 am negamus atque pernegamus; hoc enim
 sensu, minor propositio falsa est, quod dicta
 proxime citata abunde satis probatum eunt at-
 que evictum, consequenter etiam conclusio.

IV^o Infideles esse odio habendos Pl. 139: 22.
 ergo cum illis foedera non sunt ineunda.

Resp. Sumitur hic adjunctum, hoc est quod
 homini Infideli adhæret, nimirum mores facta
 & actiones impiæ, pro subjecto, homine scil.
 Sensus itaque horum verborum hic est: vi-
 tam infidelium impiam toto aversor pectore.
 Ex hoc itaque dicto nihil aliud sequitur, quam
 quod fidelibus sive Christianis nulla esse debe-
 at confœderatio seu communio cum Infidelibus
 in malo; a negatione vero communionis in ma-
 lo, ad negationem foederum, est perperam con-
 cludere.

V^o DEUM prohibuisse jugum ducere cum in-
 fidelibus.

fidelibus, 2. Cor. 6: 14. h. e. societatem cum illis
 habere. Ergo foedera cum infidelibus sunt illicita.

Resp. Per jugum ducere hoc loco intelligitur,
 non quamvis cum infidelibus societatem haberet;
 sed proprie societatem tantum *amicitias* & impieta-
 tis, quod tum ex scopo Apostoli, tum ex vers.
 16. satis apparet. Ex societate autem ecclesiasti-
 ca, ad politicam, de qua in præsentem loquimur,
 haud commode concluditur.

VI^o & ultimo foedera Christianorum cum In-
 fidelibus offensiva (*) contra alios Christianos im-
 pugnare quis posset, ex hoc fundamento, quod
 in aliorum tendant læsionem, cum tamen id offi-
 cii Christianorum, ut & aliorum repugnat; ex hoc
 medio termino tale formari potest argumentum;

Quicquid in læsionem aliorum tendit, illud
 officii Christianorum adversatur: atqui foedera
 cum Infidelibus offensiva &c. ergo.

Resp. Distingvendo inter foedera offensiva
 justa & injusta: si in argumento allato, de foæ-
 deribus iniustis sermo est, totum concedimus
 argumentum, salva nostra thesi: quod si autem
 de

(*) Foedera hæc dicimus offensiva, in quantum inferunt in-
 læsionem in eum qui alium lædit, licet in se sint defensiva.

32
de justis, minorem syllogismi propositionem negamus; Nam lædere alterum, est ejusmodi actiones suscipere, quæ officiis erga illum contrariæ sunt; Sed Christiani contra quos justa fœdera offensiva panguntur, per damnum illatum, id effecere, ut debita alioquin officia, ex. gr. non interrupta fructio pacis ejusque commodorum illis præstari non possint, salva observatione officiorum, quæ vel sibi met ipsi, vel proximo suo Infideli læso debent Christiani; quis enim est qui non videat, obligationem officiorum erga læsum, fortio rem esse quam erga lædentem. Proinde consociatio illa armorum fœdera offensiva ineuntium, malumque inde profluens, nomine læsionis venire non potest, quatenus obligatio officiorum, in dicto casu, cessat, consequenter fœdera hæc offensiva in læsionem non tendunt Christianorum, sed in debitam sui & proximi conservationem.

Pluribus pro stabilienda adversa sententia, pugnari solet argumentis; sed quum iis recensendis superfedere nos jubeat proposita brevitatis, fidem in §. I. Cap. hujus datam liberaturi, ad fœdera Politicæ pacificationis sive simplicis amicitie, paucis exponenda, nosmet accingimus. §. XV.

§. XV.

O mnes, quotquot in hac materia videre contigit, excepto Reinkingio, qui testante Hochstetero, omnia in genere fœdera Christianorum cum Infidelibus impugnat, fœdera pacificationis licita esse uno ore dicunt atque affirmant. Huic affirmativæ sententiæ nostrum etiam addimus calculum, subsequenti- bus nixi argumentis.

Pro urgemus, fœdera pacificationis sive simplicis amicitie, valida esse media promovendi felicitatem, tam civilem, quam ecclesiasticam, quod variis probari potest exemplis. Ex quo fœdera de non lædendo cum Algeriensibus inivit Rex noster Clementissimus, a piratica eorum vexatione cives Regni nostri, per ea loca commercia tractantes immunes facti sunt atque tuti.

Fœdera deditiois, prius cum Israelitis quam pepigerunt Gibeonitæ, vitæ lux ab iis valde metuerunt Jos. 9: 24. sed fœdere inito, metu liberati fuere.

Si veniam ab Idomeis atque Moabitis imporatam, via recta transeundi per terram eorum Jud. 11: 17, impetrassent Israelitæ, non tam longum

E

&

34
& difficile iter, per varios circuitus suscipien-
dum illis fuisse, vid. loc. cit. & Num. 21: 4.

Per fœdus commerciale, quod Salomoni cum
Hiramo & inhabitatoribus terræ Ophir erat,
major factus est Rex Ibraënarum Salomon om-
nibus Regibus terræ, divinis I. Reg. 10: 23.
reddiditque argentum ut lapides vers. 27.

Sed cum per felicitatem civilem intelligatur
ejusmodi status, in quo tute & commode vi-
tam degere possunt cives § IV. cap. præl. Per
fœdera autem enumerata hoc efficitur, ut ad-
ducta testantur exempla: apparet, dicta fœdera
valida esse media felicitatem promovendi ci-
vilem.

Uterius: quum libertatem exercendi religio-
nem in medio Infidelium, per ejusmodi fœde-
ra consequantur Christiani, quod e fœdere Tur-
cam inter & nos Sveogothici regni cives, ut
alia taceam, manifestum est; sequitur fœdera
pacificacionis, felicitatem etiam ecclesiasticam
promovere, quum hæc felicitas in ejusmodi con-
sistat libertate § IV. cap. præl.

Hinc facile jam concludi potest, fœdera illa,
de quibus in præsentis loquimur, licita esse cum
DE,

35
DEUS, ut bonus, non potest non velle felicis-
tatem Christianorum omnigenam, consequenter,
fœdera etiam, ut media.

Illo Robur sententiae nostrae conciliant nonnulla
Sæ Scripturæ dicta. *Pro fœderibus de non lædendo*
loca Rom 12: 18. & Heb. 12: 14. pug-
nant. *Fœderibus deditiois favent*, Deut. 20:
10. &c. Jer. 27: 12. Cap. 38: 17. &c. *Pro fœderibus*
de venia cursum dirigendi cum exercitu per regio-
nes alienas stant Matth. 5: 42. Cap. 7: 12. Luc.
6. 30. 31.

Illo Et ultimo provocamus ad exempla San-
ctorum. *Fœdera de non lædendo* pangebat A-
brahamus cum Abimelecho Palestinorum Rege
Genes. 21: 22. Isaacus cum eodem Cap. 26:
26. &c. Jacobus cum Labano Cap. 31: 43. &c.

Fœdera deditiois sancivit Josua cum Gibeoni-
tis Jos. 9: 15. & licet ab Angelo, idque jure,
reprehensus fuerit Josua Jud. 2: 2. eo quod ex-
pressum DEI mandatum transgressus sit, Deut.
7: 2. Exod. 23: 32. Cap. 34: 12. cum tamen ob
præstitum juramentum hocce fœdus ratum man-
serit atque firmum, juramentum autem non
sit vinculum iniquitatis, haud inconvenienter

36
ex hoc exemplo concluditur, fœdera deditio-
nis in & per se licita esse.

Fœdus commerciorum inivit Rex Israëlitarum
Salomon cum Hiram Tyrionum Rege, idque
secundum sapientiam, quam ei dederat DEUS
I. Reg 5: 12.

Fœdera pro libertate transcendendi cum exercitu
per regiones alienas contrahere voluit Moyses cum
Idomeis Num. 20: 17. & cum Moabitis Jud.
II: 18.

Licet jam legibus non vero exemplis sit vi-
vendum, cum tamen credibile non sit, omnes
illos Sanctos consulto peccasse vel peccare vo-
luisse, cumque DEUS ea in verbo suo non im-
probaverit, concludere licet enumerata fœdera
licita esse.

Hæc, pro astringendis fœderibus pacificationis
sive simplicis amicitiae sufficient.

CAPUT POSTERIUS.

*De Fœderibus Ecclesiasticis Christianorum
cum Infidelibus.*

§. I.

AD finem sic perducta tractatione de fœde-
ribus Politicis Christianorum cum Infide-
libus

37
libus, ordinis iam exigit ratio, ut ad *Fœdera
Ecclesiastica* examinanda atque enucleanda pe-
dem promoveamus.

§. II.

Juxta factam a nobis §. IV. Cap. præl. distinc-
tionem fœderum ecclesiasticorum in ar-
morum & humanitatis, dux nobis hoc in ca-
pite occurrunt quæstiones, quæ sigillatim pro-
ponendæ veniunt, & qua fieri potest brevitate
atque perspicuitate resolvendæ: prior earum de
illis, de his autem posterior agit.

§. III.

IN hoc autem cardo vertitur prioris? *Num-
licitum sit Christianis, fœdera armorum cum
Infidelibus sancire, pro defendenda libertate religio-
nis non tantum suæ sive Christiana, sed etiam
eorum seu pagana.*

§. IV.

AD utrumque hujus quæstionis momentum.
ut negando respondeamus, indoles ipsius
rei atque natura postulat; Nam quod attinet
ad illa fœdera, de quorum moralitate in prio-
ri quæstionis momento quæritur, ea esse l: o
prohibita patet e 2. Cor. 6: 15, 16, ubi omnis in
ge.

genere participatio atque communio ecclesiastica Christianorum cum infidelibus interdicitur. Illo injusta; gloriæ quippe DEI iis detrahitur, & laus victoriæ ac defensionis ecclesiæ, soli DEO debita, in infideles transfertur (*); quo enim minori manu hostes potentissimi superantur, eo luculentius indicium atque testimonium potentie Divinæ, & specialis providentiæ, est victoria reportata. Illo impia; illis namque vitium diffidentie in DEUM ejusq; auxilium adhæret. DEUS, ut Rex ecclesiæ, promisit, se velle ecclesiam suam contra omnes ejus hostes atq; oppressores specialissimo quodam modo defendere, Ut Exod. 27: 33. 21. 41: 13. 14. Matth. 16: 17. & multis aliis in locis, consequenter religionis etiam causam agere. Vi harum promissionum certi esse possunt Christiani atque convicti de auxilio DEI: quum DEUS non minus veracissimus sit Pl. 33. 4. Num. 23: 19. Tit. 1: 2. quam omnipotens, Genes. 17: 1. 1. Sam. 14: 6. 2. Chron. 14: 11. Sed nemo sanus, de fidelitate auxilium promittentis, deq; auxilii promissi sufficientia ad malum imminens avertendum, intime convictus, aliorum,

[*] Calov. in Bibl. illust. ad Exod. 23: 32.

rum, teste experientia, insuper querit auxilium. Quamdiu itaque DEO ejusque auxilio confidunt Christiani; h. e. firmiter credunt DEUM & posse & velle, vi promissionum suarum illos juvare, tam diu etiam auxilium infidelium, & consequenter, foedera cum illis pangere, nec expectant, nec expetere possunt. Hinc, vi exclusi medii inter duo contradictoria, sive vi oppositorum, sequitur, foedera illa, de quibus in præfatu nobis sermo est, cum fiducia in DEUM ejusque auxilium consistere non posse, consequenter, vitium diffidentie illis adhærere.

Quod vero attinet, ad foedera in defensionem libertatis religionis profanæ tendentia, de quibus in membro quæstionis supra allatæ posteriori agitur, sunt illa itidem illicita impia atque injusta; quia Illo in dicto citato 2. Cor. 6: 15. 16. prohibentur. Illo per ejusmodi foedera ipsa idololatria atque cultus profanus promoveretur defenditur atque itabilitur. Illo peccatum contra conscientiam committitur; quisque enim Christianorum religionem paganam pro falsa habet, prout quoque est; qui hoc vel illud pro peccato habet, & nihilo tamen secius id efficitur

Qui

Cui dat, is ipse contra conscientiam peccat. cum itaque Christiani libertatem religionis profanæ, quam pro falsa habent, defendunt, non possunt non contra conscientiam delinquere. IV:º iram DEI in Christianos hæc ipsa foedera provocant, 2. Chron. 19: 2. V:º & ultimo, Scandali etiam sunt plena; eo enim quod libertatem religionis infidelium defendant Christiani, infirmiores e nostris facile in eam induci possunt opinionem, perinde esse, sive idola colant, sive DEUM.

Ratum itaque firmumque manet, foedera armorum ecclesiastica, sive pro defensione libertatis religionis Christianæ sive profanæ incantur, illicita esse atque iniusta.

§. V.

Num foedera humanitatis ecclesiastica Christianorum eum Infidelibus, sint licita, vel non? posterior est quaestio, coronidis loco jam pertractanda. Ad illam autem respondemus distinguendo inter foedera pro consequenda libertate exercendi religionem Christianam in medio gentiliti, & inter foedera pro libertate exercendi religionem profanam in medio Christianismi

41
nismi. Quod si de illis in quaestione allata sermo est, tantum abest ut ea improbemus, ut potius quam maxime licita esse atque iusta asseramus; per eiusmodi quippe foedera ecclesia Christiana non tantum conservatur & confirmatur, sed accessu etiam infidelium propagari potest atque dilatari.

Si vero de his; quaestionem negamus & pernegamus; nam I:º mediantibus his foederibus, religio pagana atque idololatria, e solo Christianismi, provida DEI cura profligata & proscripita, denuo in Christianismum introduceretur, quod impium esse per se patet. II:º gravissimum illud peccatum crassioris idololatriæ, infidelibus proprium, participative atque communicative fieret Christianorum, quatenus consensu eorum atque permissione libertatem exercendi religionem suam idololatricam consequerentur infideles. III:º denique praesto sunt exempla piorum regum, qui cultum idololatricum, intra pomeria imperii sui deprimere atque tollere, lapidem movere omnem, ut Aia Regis Iudæorum 1. Reg. 15: 12. 13. Hiskia, 2. Reg. 18: 4. Josua 23: 4. &c. quæ eorum facta, ut DEO grata atque accepta

711

42
pra in locis adductis recensentur. Sunt autem
haec de libertate publice exercendi religio-
nem profanam tantum intelligenda, non
vero ad exercitia privata extendenda. Quid
de his sentiendum sit, ex capitis li ordinantiae
ecclesiasticae §. III. IV. V. apparet, ut & ex va-
riis statutis religionis nostrae regis, quo Lecto-
rem ablegamus.

Hæc jam fuere, quæ tecum L. B. commu-
nicare volui; fave his innocuis nostris conati-
bus, & benignus esto interpres.

*Gloria sit Patri, sit Nato Gloria San-
cto, Gloria Spiritui, Triadi sit Gloria
Sacra!*

